UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones magistri Nicolai deniise sacre pagine professoris

De Tempore Hyemales

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

D[omi]nica p[ri]ma aduent[us] post meridie[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30599

Visual Library

vera q̄ illu.o.ho.ve.in h.mū∂ū. Jō heb.
j. Multifariā multiſq₃ modis ſcʒ figura//
tionib⁹ ꝛ obſcuris: olim de⁹ loquēs patri
bus in ꝓphis nouiſſimis dieb⁹ iſtis locu//
tus eſt nobis in filio ſuo qui ſcʒ oīa figu//
ralia elucidauit. ¶ Scḋa rō eſt efficacio//
ris opatiōis ꝛ hec ſeq̇r ad p̄cedentē. Effi//
cacius eīm ꝛ ſecurius operari poſſum⁹ ve
ritate declarata: facilius eīm ꝛ ſecuri⁹ am//
bulamus de die q̄ȝ de nocte. Jo. ij. Qui
ambulat in die nō offendit. Nō ſolū autē
nobis veritatē declarauit ſed exemplo ꝓ
prio viam ſalutis demonſtrauit. Jo. xiij.
Exemplū dedi vobis vt queadmodū ꝛc̄.
Videte ergo ſi eū ſeq̄mini. ¶ Tertia eſt
rō ꝓportioris ſaluatiōis. Vñ di. Apl's.
Nūc aūt ꝓpior eſt noſtra ſal⁹ q̄ȝ cū credi//
dimus.i.q̄ȝ a principio nr̄e couerſatiōis:
ꝛ ibi loquit̄ in ꝑſona totius eccl'ie. Nā an
filij dei aduentū p̄res oēs et ſctiſſimi de//
ſcendebant in infernū. Vñ dicebat iacob
Geñ. xxxvij. Deſcendam ad filiū meū lu//
gens in infernū. Nunc aūt iuſtis patet in
troitus in regnū. Apoc. iij. Ecce dedi co//
ram te oſtiū apertū. Exemplū in latrone
iuſto: cui dicit dñs. Hodie mecū eris in
paradiſo. Luce. xxiij. Ideo fiducialiter
dicebat paulus. Hebreoꝝ. iiij. Ingredie
mur in requiē q̄ credidimus.

PRo tertio. Audiſtis ꝛc̄. Cauete ne
propter peccata vr̄a priuemini ſalute
vobis tam ꝓpinq̄. Notate quod dicit lex
Delicta et maleficia nō debēt manere im
punita. ff. ad. l. aq̄leiā. Ita vulneratus.
Et eadē ſententia habet̄ de pnia. diſtin. j.
Medicina. § primo. Nam ſi venerit rex
et dixerit toti ciuitati. Oēs vos honorare
volo et in plena libertate viuere: ſi tñ repe
riat aliquē ſibi rebellē cōdēnabit ad mor//
tē. Expone: Chr̄us venit ꝛc̄. Jō vt dicit
paulus Ro. vj. Liberati a peccato: ſerui
autē facti deo ha b. fru. i ſctificationē ꝛc̄.
Sequit̄ Stipēdia aūt peccati mors. Jō
abijciam⁹ pctm̄ vt lumen videre poſſim⁹

¶ Dñica p̄ma aduent⁹ poſt meridiē.

ABiiciamus ꝛc̄. Venit lux in mūdū ꝛ di. ho. ma.. tene. q̄ȝ lucē. Jo.
iij. Abijcere debemus opera tenebrarum
qm̄ venit lux in mundū. Sʒ heu dile. ho.
ꝛc̄. Vbi ſūt tria cōtemplanda.
Chriſti venientꝭ cōtēplanda claritas: lux.
Sui aduentus admiranda benignitas:
venit in mundum.
¶ Tertiū humani generis cōdemnanda fa
tuitas: dilexerunt ꝛc̄. De p̄mo. Joā. viij.
Ego ſū lux mūdi. De ſcḋo. Jo. xvj. Exi
ui a patre ꝛ veni in mūdū. De tertio. Pro
uerb. j. Sapientiā atq₃ doctrinā ſtulti de
ſpiciunt.

¶ Abijciamus ꝛc̄.

PRo p̄mo. An cōgruū fuerit diuinā
pſonā icarnari. Q, nō: q̄ꝛ carnē de li
mo formatā aſſumere: videt̄ ptinere ad ꝯ
tēptū. Contra. Cōgruū fuit ad rerū cōple
mētū vt fieret coiūctio primi cū vltimo.
Rñdet Bona. in. iij. diſti. j. Abſq₃ dubio
decuit deū incarnari. Tū ꝓpter ſue poten
tie: ſapie: ꝛ bonitatꝭ eminentē manifeſta//
tionē. Tum ꝓpter diuinoꝝ operū excellen
tem cōſumationē q̄ꝛ tūc vltimū coiunctū
eſt primo. ſic in circulo (q̄ eſt pfectiſſima fi
guraꝝ) finis coiungit̄ principio. Tūc ꝓpt̄
ſupabundantē precij ſolutionē p pſonam
diuinā et ſupeffluentē hoīs glificationē vt
nō tm̄mō inueniret hō paſcua interi⁹ i do
ſʒ etiā exteri⁹. Ad argumētū aūt dicendū
q̄ nec decens nec poſſibile eſt deū hūana
ri in ſe: ſʒ rōe ſibi vniti ad maiorē māifeſta
tione ſue altitudinis: q̄ꝛ p talē hūiliationē
ſupbiā diaboli deiecit ꝛ hoiem humilem
exaltauit. h Boñ. ¶ Pro fūdamēto. Val
de mirādū incarnatiōis myſteriū ſine op⁹
ō quo exponere poſſum⁹ q̇ḋ ait v̄gili⁹ in
bucol'. Magnus ab integro ſcl'oꝝ naſcit̄
ordo. Jaʒ noua ꝓgenies celo demittitur
alto. Nec dubiū quin ꝯueniētiſſime factū
fuerit tātū opus. Nā vt ait Ariſt. j. de ce
lo. Deus nihil facit fruſtra. Cū ergo q̄rit̄
An cōgruū ꝛc̄. Ex q̄ cōclude q̄ȝta ſit hoīs
ad deū obligatio p ſuo aduentu: ꝓpter q̇ḋ
dicebat Jo. j. Jo. iiij. Diligam⁹ deū q̄niā
ipſe prior dilexit nos. O igitur miſeri qui
nō diligūt Sʒ forte dicetis oēs Diligim⁹
Sed dico Date ergo teſtimoniū operū:
q̄niā vt dicit Gre. Probatio dilectōis ex
hibitio eſt operis. Audite ſuperbi: fures:
fraudulenti. inuidi: ꝛ alij hmōi. an opa di
facitis ꝛc̄. Quid ergo facturi ſumus deus

te contemplari ſtudeamus quoniã dñs ꝑ
incarnatiõis hũiliationẽ ſuperbiã diabo-
li deiecit ꝛ hoiem hũilẽ exaltauit. ¶ Figu.
j. Reg. xvij. Dauid miſſus a pr̃e ſuo Yſai
venit ad fr̃es ſuos q̃s nõ ꝑtãte armoꝝ re
gioꝝ ſed hũilitate paſtoralis hitus libera
uit de manu philiſtinoꝝ deuincẽdo ꝛ occi-
dendo goliam. Expone. Yſai ſalus mea
interp̃tat: ꝛ figura eſt dei patris q̃ oẽs vult
ſaluare per filiũ. Dauid interp̃tat vultu
deſiderabilis: ipe dñs chr̃s Golias tranſ
migrãs vl̃ trãſmig̃tio ĩtp̃tat ꝛ ſig̃t diabolũ
Applica ergo ꝛc̃. Vñ leo papa elegantiſ
ſime loq̃tur in ſer. de nati. Cõflictu ꝓ no-
bis inito: magno ꝛ mirabili equitatis iu-
re certatũ eſt dum oipotẽs de⁹ cũ ſeuiſſi-
mo hoſte nõ in ſua maieſtate ſꝫ in nr̃a hu-
militate cõgreditur obijciẽs ſibi eãdẽ for
mã eãdẽq; naturã: mortalitatis quidẽ no
ſtre participẽ ſed totius peccati expertẽ.

PRo ſcðo. Abijciamus ꝛc̃. In p̄cedẽ
ti ꝛc̃. Nũc de ſecũdo q̃ðẽ intelligẽde
rõnis cõcluſio cũ dr̃ Abijciam⁹ opa te. ꝛc̃
Ubi tria ſunt conſideranda.

Cõcluſio cõmẽdabilis: Abijciamus ope
ra tenebrarũ.

Intentio laudabilis: ſic vt in die.

Specificatio notabilis: nõ in cõmeſſatio
nibus.

¶ Primũ eſt ↄcluſio laudabilis cũ dicit
Abijciamus opa te. q2 ꝓcedunt a tenebris
ſpũalis nequicie. ſ. a ſuggeſtione diaboli
principis tenebrarũ: ꝛ cauſant tenebras
mẽtalis ignorãtie atq; ducũt in tenebras
infernalis miſerie. Prouer. xxj. Relinquũt
iter rectũ ꝛc̃. et ambulant ꝑ vias tenebro
ſas. Uirtutes autẽ dicunt arma lucis: q2
ↄtra peccati tenebras muniũt: ꝓcedũt ãt
a luce recte cognitiõis: faciunt lucẽ ſancte
exemplatiõis ſeu ↄuerſatiõis: ꝛ ducũt ad
lucẽ eterne gl̃ificatiõis. Jo. iij. Qui facit
veritatẽ venit ad lucẽ. ¶ Scðm eſt inten
tio laudabilis, cum dicit Sic vt in die ho.
am. ꝛc̃. ſicut decet in ſtatu noue legis que
dies eſt. vel in die natiuitatis dñi ſtatim fu
ture ad quã deuote celebrandũ nos pre-
parare debemus opera tenebrarũ abijciẽ
do. alias non eſſemus digni feſtum illud
celebrare et deũ laudare. Domin⁹ enim
per os pſal. increpat peccatorẽ diuinas
laudes proferentẽ. Dicit eñ. p̄s. Immo-
la deo ſacrificiũ laudis ꝛc̃: Sequit Pec-
catori aũt dixit deus: q̃re tu enarras iuſti.
me. ꝛ aſſu. te. me. ꝑ os. t. q. d. Indigne hoc
facis. Sequit ratio. Tu vero odiſti diſci
plinã ꝛ pie. ſer. m. retro. ſi vi. fu. curre. cuꝫ
eo ꝛ cũ adul. por. tu. po. os tu. abũ. ma. et
lin. tu. cõci. dolos. Cõtra etiã peccatores
dr̃. Eſai. j. Iniq̃ ſunt cetus veſtri. Solẽni-
tates veſtras odiuit anima mea: facta ſũt
mihi moleſta ꝛc̃. Cũ extenderitis manus
veſtras auertam oculos meos a vobis.
¶ Tertiũ eſt ſpecificatio nõbilis vicꝫ de
aliquib⁹ ſpẽalib⁹ peccatis honeſtati ma
xime ↄtrarijs. Dicit igitur. Non ambu-
lemus in cõmeſſationib⁹ ꝛ ebrietatib⁹ q̊
ad peccata gule que mentẽ hebetãt ꝛ ob
ſcurant. j. pe. v. Sobrij eſtote et vigilate:
Nõ in cubilib⁹ ꝛ impudicicijs ꝛ in delicijs
ꝛ immũdicijs carnis quo ad peccata lu-
xurie q̃ rationẽ excecant. Hierony. cõtra
Iouinianũ. Amor femine rationis eſt ob
liuio ꝛ inſanie proximus. Non in cõtentio
ne ꝛ emulatione quo ad peccata ſpũalia q̃
fraternã charitatẽ diſſipant ꝛ ſic animaꝫ
totã deformant. Jaco. iij. Ubi zelus ꝛ cõ
tentio ibi incõſtantia ꝛ omne opus prauũ
Hec itaq; ꝛ oia alia vicia ꝓpter honorem
dñi ſũt abijcienda vt ſic debite ſimus p̄pa
rati ꝓ ſolẽnitate futura. Se heu heu mul-
ti in ſolẽnitatib⁹ ſolliciti ſũt parare cibos
ventri ſꝫ nõ curãt de p̄paratiõe aie. Ber.
ſer. de o. ſ. Secularib⁹ id moris eſt: vt die
bus iſtis feſtiuis ſibi ↄuiuia parẽt. Et q̃n
to fuerit ſolẽnitas clarior tanto ſplendi-
dius epulant. De huiuſmodi. Phil. iij.
quoꝝ deus vẽter eſt. Tales faciunt feſtũ
ventris et non dei. Multi etiam ſollicite
parant nõ corda dño ſed veſtimẽta oñdẽ
da mundo. Cõtra quos. Matth. xxiij. Ue
vobis q̃ mundatis. id q̃ð deforis eſt. intus
autẽ pleni eſtis rapina et omni imundicia
Ue vobis quia ſimiles eſtis ſepul. deſu.
q̃ a fo. appa. ho. ſpeci. intus vero ſunt ple.
oſ. mor. ꝛ omni ſpuricicia. Notate. Exem-
plũ de ſorore bti bernardi q̃ venit ad eum
viſitandũ in ornatu vano. Quod videns
bernardus negauit eã eẽ ſororẽ ſuã. At il-
la cõpuncta rñdit etiã lachrymis perfuſa.
Etſi peccatrix ſum: tñ pro talibus chr̃us
mori dignatus eſt. Ueniat igitur frater
meus ſeruus ieſu chr̃i ꝛ iubeat q̃cq̃d vult

d 5

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Depoſito igitur ornatu venit beatus ber
nardus ad eam: ⁊ ait Sufficit em̃ tibi ma
trẽ chꝛi imitari. Nam ſtultiſſimũ eſt chꝛi-
ſtum tali ornatu ꝓuocare: qꝛ ornatus va-
nus non eſt aliud ꝙ̃ rete diaboli ⁊ gladi⁹
igneus biſacutus occidens labentis aíam
per ſuperbiã: ⁊ aſpicientis aíam ꝑ luxuriã
de quibus aíabus redditura es rationez.
Illa ergo ex his verbis cõpuncta ſeculum
deſeruit ⁊ cũ licentia mariti religionẽ in-
trauit vbi laudabiliter vixit: preparate ꝰ
non corpora ẜ corda. Eccl. ij. Qui timẽt
dñm ꝑparabũt corda ſua ⁊ in cõſpectu ei⁹
ſanctificabunt animas ſuas.

PRo tertio. Audiſtis ⁊c. ꝙ iura dicunt
xxiij. q. v. Scriptũ eſt. de pe. diſ. v. c.
j. §. Semꝑ offerat. Abel placuit deo: ⁊ iõ
ei⁹ oblatio. q. d. Nõ placuiſſet oblatio ſi
ꝑſona non fuiſſet grata. Et lex di. Nullus
indignus dz ſalutare ꝑncipẽ. C. de ſerui-
torib⁹ l. Cũ introiſſent. Pone caſum ꝺ eo
q̇ inimic⁹ eſt regis q̇ tñ ꝑſumit cõparere
corã rege in feſto regio: ⁊ cõſtat ꝙ h̄ regi
diſplicet ⁊c. Expone. Notãdũ illõ. Eſa. j.
Lauamini mũdi eſtote auferte malũ co-
gitationũ veſtrarum ab oculis meis.

Feria ſcd̃a poſt ꝑmã dñicã aduent⁹.

Abiciamus

⁊c. Ambulate dũ lucẽ habe
tis vt nõ tenebre vos cõp̄-
hendãt et q̇ ambulat in tenebris neſcit q̊
vadat. Jo. xij. Abijcere debemus ⁊c. qm̃
ait ipe dñs. Ambulate. ⁊c. Ubi ſunt tria
cõſideranda. Salutaris exhortatio. Am-
bulate d. l. h. Exhortationis rõ: vt nõ te.
⁊c. Rationis cõfirmatio: ⁊ q̇ am. in te. ⁊c.
De ꝑmo. Eph. v. Ut filij lucis ambula-
te. De ſcd̃o. Math. xxv. Seruũ inutilẽ
proijcite in tenebras exteriores. De tertõ
Prouerb. iiij. Uia impiorũ tenebroſa ne-
ſciunt vbi corruunt.

Abijciamus ⁊c.

PRo ꝑmo. An neceſſariũ fuerit ad re
parationem generis hũani deũ incar
nari. Dz nõ: qꝛ ꝑ incarnationẽ nihil virtu
tutis deo accreuit ergo abſq̧ incarnatiõe
reparare potuit. Cõtra. Neceſſariũ fuit
diuinã ꝑordinationẽ in ſcripturis expreſ-
ſam implere. Rñdet tho. in. iij. par. q. j.
Ad finẽ aliquẽ aliqd dr̃ neceſſariũ dupl̄r.
Uno mõ ſine q̇. id nõ põt eſſe ſicut cibus
neceſſari⁹ eſt ad ꝯſeruationem vite. Alio
modo ꝑ qd̃ ꝯuenien̄ti⁹ ꝑuenit in finẽ ſicut
equus dicit̃ neceſſari⁹ ad iter. Primo mõ
nõ fuit neceſſariũ deũ incarnari ad hũani
generis reparationẽ: ẜ ſcd̃o mõ. Dic̃ em̃
Aug⁹. xiij. de trinita. Oſtendam⁹ nõ aliũ
modũ poſſibilẽ deo defuiſſe cui⁹ ꝑtãti cũ-
cta eq̃liter ſubiacẽt: ẜ ſanande miſerie cõ-
uenientiorẽ aliũ modũ nõ fuiſſe. H. ex tho.

Pro fũdamẽto. Oĩs diuina opatio cir
ca creaturas volũtaria eſt et cõtinẽs. Un̄
de oĩ tali ope ꝺi dici põt in ei⁹ ꝑſona illud
Juuenalis. Sic volo ſic iubeo ſit ꝓ rõe vo
luntas. Sicut em̃ tractat Ariſto. v. meta
ph. Aliq̃ q̇ abſolute ſũt ꝯtingentia neceſ-
ſaria dici pñt ex ſuppoſitiõe finis ſic̃ ali-
qd dicit̃ alicui neceſſariũ ſine q̊ nõ põt bñ
eſſe vt hõ ſine veſtib⁹. De hoc ꝰ mõ neceſ
ſarij q̄rit̃ An neceſſariũ ⁊c. Dic rñ. vt ſup̄.
Ex q̊ cõclude in hoĩes mirandã benigni-
tatis ſuauitatẽ. Jo. xiij. Sic deus dilexit
mũdũ vt fi. ſ. v. daret vt o. q̇ credit in eum
nõ pere. ẜ ha. vi. eter. Uidete ꝰ ſi creditis
in eũ. Forte dicitis ꝙ ſic. Sed notate ꝙ cre
dere in eũ (vt di. Aug⁹) ẽ credendo ſibi ad
herere: credẽdo in eũ ire: qd̃ reuera eẽ nõ
põt niſi fuerit̃ ei⁹ mandata. Audite o pec
catores ⁊c. Erubeſcatis ꝰ recognoſcẽtes
dei benignitatẽ q̄ prorſus mirãda eſt cum
poſſet aliũde reparare gen⁹ hũanũ. Noluit
tñ h̄ alit̃ facere niſi ſibi vniendo naturam
hũanã. Figura. Matt. viij. Cũ poſſet
dñs alit̃ ſanare leproſuz noluit tñ niſi tan
gendo benigne. Ex q̊ ꝯtactu lepſ⁹ ille cre
dẽs mũdat⁹ eſt. Expone. Certe benigniſ
ſime tetigit de⁹ naturã hũanã cuz eã ſibi
aſſumpſit. Ex q̊ ꝯtactu mũdari pñt oẽs
in eũ credẽtes. Prouer. xv. Per fidẽ pur-
gantur peccata.

PRo ſcd̃o. ſup̄ de duob⁹ ⁊c. nũc ꝺ ter
tio qd̃ ẽ exequĩde ꝯcluſiõis ꝯfirma-
tio cũ dr̃. Induimini dñm ieſum. i. formã
⁊ ꝯuerſationẽ dñi nr̃i ieſu chꝛi. ſic̃ indut⁹
erat pau. q̇ dicebat. Gal. ij. Uiuo ego iaz
nõ ego: viuit aũt in me chꝛs: h̄ aũt nõ pt
fieri niſi ꝑus abijciãt̃ opa tenebrarum. Cõue
nienter aũt dr̃ dñs ieſus indumẽtũ xp̄i chꝛi
ani. Indumentũ em̃ eſt corporis circũda-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN